



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 2. De necessitate, obligatione faciendi Sacramentalem  
Confessionem,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

tio ei addenda non est; sed solum deprecatio, perilla verba  
Misericordia tua, &c. ac illa, Indulgentiam & absolutionem  
peccatorum tuorum, &c.

## CAPUT SECUNDUM.

*De necessitate, obligationeve faciendi Sacramentalis  
Confessionem.*

**H**is proposito nobis proposito, consideranda occurunt;  
primò, præceptum, quo talis necessitas seu obligatio  
imponitur. Secundò, modus quo imponitur. Tertio,  
tempus pro quo imponitur. Quartò, persona quibus im-  
ponitur. Quintò, requisita ad satisfaciendum eadem ob-  
ligationi.

## PRIMA PARS CAPITIS.

*De præcepto, quo imposita est obligatio faciendi confes-  
sionem Sacramentalis.*

## S V M M A R I V M.

8. *Sacramentalis confessionem à Christo institutam & ad salutem  
necessariam esse tenendum est fidei.*

8. *Ratiōne rei.*

10. *Præceptum Ecclesiasticum de confessione annua, non est diuersum à  
diuino de facienda confessione, sed tantum illius determinatio quo-  
ad tempus.*

11. *Cui ab Ecclesia facta sit talis determinatio.*

12. *Non facit Ecclesia contra officium pietatis, dum gravibus peccatis  
impositis, compellit ad confessionem annuelam.*

13. *Talis compulso grata esse debet fidelis habenti peccatum morta-  
le.*

14. *Quae sub anathemate à Concil. Trident. de Sacramentali confes-  
sione prohibeantur negari.*

**H**æc nos tempora (contra quos differunt co-  
piosè Bellarm. *toto libro 3. De penitent. in tom. 2. con-  
trouersiarum, & Gregorius à Valent. in D. Thomam tom.  
4. in disput. 7. quæst. 9. punto secundo*) negant nullum esse  
præceptum diuinum confiendi Sacramentaliter: ideoque  
vñiatam in Ecclesia confessionem Sacramentalem, nihil ne-  
cessarium esse ad salutem; humanumque tantummodo in-  
uentum esse.

8. *Fides vero Catholica est, ex definitione Concil. Trident.  
sej. 14. cap. 5. & can. 6. 7. & 8. Sacramentalis confessionem in-  
stitutam esse à Christo, & de iure diuino ad salutem conse-  
quendam necessariam ei, qui post Baptismum in peccatum  
mortale lapsus est.] Quam fidei Concilium in citato cap. 5.  
stabilit per illud *Ioan. 20.* Quorum remisitis peccata remit-  
tuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.] Per quod  
Dominus noster Iesus Christus (vt concilij verbis vtar) te ter-  
ris ascensurus ad caelos, Sacerdotes suis ipsius Vicarios reli-  
quit, tanquam Præsides, & Iudices, ad quos omnia mortalia  
crimina deferantur, in que Christi fideles post baptismū ce-  
ciderint, quod, per potestatem clauium remissionis aut rete-  
nitionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat autem  
Sacerdotes huiusmodi iudicium prudenter exercere nō pos-  
se incognitā causā; nec æquitatem in Penitentiis iniung-  
dis seruare, si Penitentes in genere duntaxat & non potius  
in specie ac signatim sua peccata ipsi declarant. Consequē-  
ter igitur constat fideles, ex Christi institutione teneri cō-  
fessionem Sacramentalis facere de omnibus peccatis mor-  
talibus, que post factam diligentem sui dilectionem inue-  
nientur grauare suam conscientiam, vt eorum remissionem  
obtinere, & æternam salutem consequi valcent. Itudique est,  
quod aduersus hæreticos pluribus adstrinxunt, tum memora-  
ti. Autores, tum alii, quos citat Couart. *ad cap. Alma mater;*  
*De sentent. excommunic. in sexto par. prior. §. 1. num. 6.**

9. *Ad nostrum autem institutum sufficit constitutum habe-  
re, quod Christus Dominus ante propotis verbis *ex 20.  
cap. D. Ioan.* non solum dederit discipulis, & ipsorum successo-  
ribus, potestarem absoluendi fideles à peccatis: sed etiam fidelibus ipsi necessitatē imposuerit eadem peccata  
illis confiendi, perinde ac si Princeps aliquem profētē gubernato-  
rem mitteret in remotam religionem, ei dicat. Quid-  
quid illi statueris de causa ad me referendis, ratum habe-  
bo; censeretur eo ipso, hominibus illius prouinciae necessi-*

tatem imponere: vt quid illis habuerint ab ipso defi-  
niende, debeant referri ad talem gubernatorem, cui suas vi-  
ces & autoritatem delegavit. Ad confirmationē facit argumen-  
tum à simili: quod mandatum Apostolis datum de do-  
cendis & baptizandis omnibus gentibus *Matt. vii.* adstringat  
omnes gentes ad audiendum Dei verbum, & baptisum fu-  
scipientium.

10. *De peccato Ecclesiastico determinante diuinum, de facienda Sacra-  
mentalis confessione.*

**E**tautem præcepto diuino accessit (datum in cap. Omnes  
triūque sexus. Dependent, & remissi refertur, ex Concilio La-  
teranensi) Ecclesiastico præceptum non tanquam ab illo di-  
uersum, sed tanquam eius determinatio quod tempus.

Namque datur de Sacramentali à Christo instituta cōfes-  
sione omnium peccatorum facienda semel in anno, ab omni  
vtriusque sexu fidelis, qui ad annos discretionis peruenit.)  
Quo sit vt illud transgredivi omittendo semel in anno cō-  
fiteri, vnum tantum peccatum cōmittere censeatur; tanquam  
vnius solammodo præcepti transgressor. Eadem enim est  
substantia præcepti modificari, & modificantis; cum modifi-  
cans præsupponat substantiam rei per modificatum præ-  
cepta, tantumque addat circumstantiam, modumve aliquem  
seruandum in illius adimplitione. Quia ergo Christus dans  
confiendi præceptum non assignauit tempus, sed illud reli-  
quit Ecclesiæ determinandum: hec (vt haber Concil. Tridet.  
sub finem cit. cap. 5.) non statur, vt Christi fideles conficerentur  
quod iure diuino nec essiarum & institutum esse intellexerent:  
sed vt præceptum confessionis saltē semel in anno, ab om-  
nibus & singulis fidelibus, cum ad annos discretionis per-  
uenissent, implerentur.

11. *Ratio autem quæ mouit Ecclesiæ vt hanc determinatio-  
nem faciat sub granissima pena (vt scilicet transgredivi-  
ent, viuas ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortuus Ecclesiastica  
carcerat se pultura) fuit non quidem periculum oblitiosis pec-  
catorum, vt aliqui senserunt; sed, vt alijs existimatūr (vñ  
quæ commemorat Azor. in 1. par. Instr. mor. lib. 7. cap. 29. qu.  
8.) vt tam necessariis & salutariis virtus confessionis confer-  
ueretur & frequentius usurparetur à fidelibus.*

12. *Occurrentum est ve: ð hæretici talis determinationē,  
vt nimis rigidam fugillantibus, eo quod servitū coacta Deo  
non placeat, iuxta illud D. Pauli in 2. ad Corinth. 1. 9. hilarem  
datorem dilit Deus.) Occurrentum est inquam: legem ī  
quā pædagogum terrere malē volentem, per eamque id  
præstari, quod significatur per illud *Psal. 31.* In camo & frēno  
maxillas eorum constringe, qui non ad proximant ad te: &  
illud *Lu. 14.* Exi in vias & lepes, & compelle intrare ut imple-  
atur domus mea discubentium. Et certè rigidus non est, sed  
imitatione Patris coelestis misericors, qui prodigo fame per-  
eunti & porcos pacienti author est, vt ad patrem redat: aut  
qui vulneribus coniectum & semiuium relictum imponit  
in iumentum ut perducat ad stabulum ubi curetur: aut qui ou-  
uem in deserto errantem imponit in humeros vt in loco  
constituant. Par ergoratione nec Ecclesia censenda est ri-  
gida, si fideles suæ curæ commissos cernunt per peccatum  
diuinæ gratia spoliatos, ab æterna salute abalienatos, & præ-  
dæ diabolico expostos compellat: tantorum malorum cape-  
scere remedium à Christo misericorditer concessum.*

13. *In quo tantum inest momentum ad vitam ex pietate Chri-  
stiana agendum, vt dubium non sit, quin talis compulso, mi-  
litiam Christi proficiunt, maximè grata & debeat: vt pote  
quinequid sine Dei gratia certare: sine meritis coronam ac-  
cipere: sine spirituali robore ad finem vñque cerramini, ho-  
bilius obſtare: nec capitius triumphum victor agere. Quam  
etiam ob causam misericordiae potius quam rigor tribu-  
endum est, quod Concil. Trident. anathematizat primò, in  
supramemorato can. 6.*

14. *Eum qui negauerit confessionem Sacramentalis vel in-  
stitutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino, vel qui  
dixerit modum secretæ confiendi in Ecclesia semper ob-  
seruatū, alienum esse ab institutione, & mandato  
Christi, inventum que esse humanum.] Item in Can. 7. Eum  
qui dixerit necessarium non esse diuino iure ad peccato-  
rum remissionem omnia & singula mortalia confieri quo-  
rum memoria: cum debitâ & diligenti præmeditatione  
hebeatur, etiamsi occulta sint: vt q̄ta solo voluntatis  
con-*

consensu, absque verbis & operibus committuntur.

Postremo in Cant. 8. Eum qui dixerit confessionem omnium peccatorum, quemque Ecclesia seruat esse impossibilem, & traditionem humanam à piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes & singulos virtusque sexus fideles, iuxta magni Concil. Lateranens. constitutionem semel in anno: & ob id cōcedendum Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesima. In his enim pia mater distinguit gladium Ecclesiastice disciplinæ; non ut afflictio nō det, sed ut ab afflictione spirituali, suos liberet: iuxta ille quod excommunicatio in capite primo. De sentent. excommunicatio. in 6. medicinalis dicitur, disciplinans non eradicans.

## PARS SECUNDA CAPITIS.

De modo quo imponitur obligatio faciendi confessionem Sacramentalem.

### S U M M A R I V M .

15 Obligatio faciendi confessionem sacramentalem imposta est sub reatu peccati mortalis.

16 Modis quibus illius transgressio contingit commissione.

17 Satis est obligationi per votum faciendi confessionem, cum non possit resipescere.

18 Obligatio faciendi confessionem sacramentalem: nec consuetudine abrogari potest, nec in aliud melius mutari: nec in ea proprie dispensari.

19 Determinatio iuris diuini facta in hac ab Ecclesia, præceptum est obligans sub mortali.

20 Quod tamen Papa de plenitudine potestatis abrogare potest, ut in eo dispensare.

Obligationem de qua agimus faciendi confessionem Sacramentalem, sub peccati mortalis reatu esse, dubitandum non est: cum de re graui sit, ut ipso ad salutem necessaria ex Christi institutione, iuxta antedicta. Contrahitur autem is reatus, non modò omissione qua per inobedientiam, confessio omititur eo tempore, pro quo præcipitur, iuxta dicenda in proxima capituli parte; sed etiam commissione, qua per sacrilegium confessio fit repugnante Christi institutioni.

21 Puta, vel sine sufficienti examine vel non integrè & clare, vel sine sufficienti dolore de peccatis perpetratis, prout sunt Delicata vel sine firmo emendationis proposito, vel denique non electo Confessari idoneo. Quibus modis scienter facta confessio, non modo animæ salutem non est, sed etiam perniciose est, & nouum peccatum; quod an in prædicta confessione contigerit, primum omnium inquirendum est in examine, tam eo quo penitens discutit suam conscientiam, quam ex quo Confessarius virutur ad habendum plenam notitiam status sui Penitentiæ. Et causa est, quia præter maculam qua fecundat animam, habet coniunctam inuiditatem confessionalis, in qua contigerit: ita ut ipsa repeatitur. De quibus in seq. ultimo plenius:

Item quia impossibilium non est obligatio, constat quando confessio non potest recipi fieri, quia non datur copia Confessari, sufficiere illius votum, id est, firmum propositum illam faciendi, si datur facultas. Ita ut idem viventias in Sacramentali confessione, quod in baptismino, qui ita est necessarium ad remissionem peccatorum ante illum adfertur, ut in re haberet debet, si fieri possit, si minus sufficiat haberi in voto, seu proposito quo peccator firmiter vel illum suscipere, si iam daretur, aut si postea detur illius suscipiendo commoditas.

Præterea quoniam proposita obligatio, à Christo est immediatè imposta fidelibus, constat eam non posse illa humana autoritate (ne quidem Papali mutari: neque enim potest contraria consuetudine abrogari: ut pote quæ stabilta est immutabilis Dei voluntate: nec etiam potest communari in aliud opus Deo gratius, aut ad salutem hominis magis necessarium: quia quod Deus requirit imprimis à peccatore, et ad regnum cœlorum ducens penitentia: ut non oblitore ex eo deducitur, quod tum Praecursor Christi Matth. 3: tum etiam Christus ipse Matth. 4: suam prædicationem inchoauerit illis verbis, Penitentiam agite appropinquauit enim

in vos regorum cœlorum.] Sine Sacramentali autem confessione in re vel in voto, non potest esse penitentia quæ exigitur à Christianis in peccatum mortale post baptismum lapis ut manifestum est ex antedictis n. 8. & 9. Deducturque ex eo quod Concilium Trident. habet in cit. sess. 14. cap. 4. reconciliationem non esse tribuendam contritioni sine Sacramentali voto, quod in ea includitur. Nec denique minuti potest dispensatio, qua aliquis fidelium eximatur à tallo obligacione: quia ad id requiritur authoritas in legem quæ imponitur; certum est autem nullam talen homini concessam esse, in Christi præceptum de Sacramentali confessione. Quanquam tamen Papa potest ipsum interpretari, quando dubitatur, an in aliquo casu ob occurrentem causam talis obligatio censerit possit aliquatenus cessare: sicut hie potest concurrente in contrarium lege naturali, ut si ex mea confessione mihi mors imminet, et cui obviare debeo, lute naturali prævalente iuri positivo, etiam ducas: quale est Christi, de facienda Sacramentali confessione.

Iam de addita determinatione Ecclesiæ ad Christi præceptum, dubitandum non est, quin & ipsa contineat præceptum, atque adeo obliget sub reatu peccati. Id enim manifestum est tum ex Concil. Trident. sess. 14. Canic. 8. ubi anathemati sublicitur is qui negaverit omnes & singulos Christi fideles teneriad confessionem omnium peccatum faciendam semel in anno, iuxta magni Concil. Lateran. constitutionem: Tum etiam ex gravi pena quæ transgressio imponitur, ne tempe viviens arceatur ab ingressu Ecclesiæ & mortiens careat Ecclesiastica sepulchra: nam talis pena grauitas sufficienter indicat præcepti obligationem sub mortali.

Potest tamen eadem determinatio authoritate Papæ tolli, cum sit iuris tantum Ecclesiastici, supra quod ille plenam potestatem habet. Vnde si Papa eam abrogaret, quamvis peccaret id faciens sine causa iusta; valida tamen esset abrogatio, sicut & dispensatio, quam alicui daret ut possit ultra annum confessionem differre. Princeps enim potest quem vulnus sua legi exire, quamvis peccet ex mensurâ iusta causa, qualis, moraliter loquendo, vix esse potest respectu annua confessionis. Vnde fit ut vix yngvnam talis dispensatio vel petatur vel concedatur ut potest quæ absurdâ, & à ratione aliena iudicatur: cum tam communis nostra necessitas, quæ ad eo salutaris vultus confessionalis, suadeat non modo semel in anno, sed etiam superius, ut in mense, ac interdum in hebdomada semel confiteri. Eadem, de hac siue abrogatione siue dispensatione docet Suarez tomo 4. disput. 36 sect. 1. num. 6. 7. & 8.

## PARS TERTIA CAPITIS.

De tempore pro quo imponitur obligatio faciendi confessionem Sacramentalem.

### S U M M A R I V M .

21 Non imponitur talis obligatio pro omni tempore, sed tantum pro aliquo: de quo inter Doctores quedam sunt certa, & quedam dubia.

22 Imponitur pro articulo mortis.

23 Obligatio imposta medicis egros de facienda Sacramentali confessione.

24 Advertendæ circa eandem obligationem pro communis vultu.

25 Tenetur confiteri, qui conscienti sibi peccati mortalis, copiam habet Confessari: non habiturus postea, urgente moris probabili periculo.

26 Aliquot casus in quibus per accidens contingit obligatio faciendi confessionem Sacramentalem.

27 In illo obligatio confitendi incumbit etiam illi, qui sibi videntur contriti.

28 Præceptum diuinum de confessione, obligat extra mortis articulum, quando.

29 De obligatione faciendi confessionem Sacramentalem, ad vincendam aliquam tentationem, quid tenendum sit.

30 Statim post lapsum in peccatum mortale confiteri, salutare quidem confitendum est, non tamen præceptum.

31 Nec item præceptum est, scribere peccata commissa, cum periculum est, ne obliuionis trahantur, antequam fiat de illis confessio.

32. Obligatio facie di confessionē annuam, quomodo sit iuris diuini, & ad interna delicta extendat se, & Papa non posset in ea dispensare.
33. An et si pro aliqua determinata anni parte.
34. Obligatio ad annuam confessionem imponitur absolute, non vero solummodo ut preparatio ad sacrosanctam Eucharistiam.
35. Ex consuetudine confitenda in Paschate, non nascitur obligatio.
36. Annus intra quem confessio fieri precipitur, computandus est ab anno Paschate in alterum.
37. Qui anno elapsus non est confessus, manet obligatus ad quamprimum confitendum.
38. Salutare quidem consilium est, ut qui intra annum confessus est de novo intra eudem confiteatur, sed non labetur in peccatum mortale, non est tamen in precepto.
39. Soluio obiectuum in contrarium.
40. Factum est confessione intra annum, non est in precepto de peccatis in illa oblitus eodem anno confiteri.
41. Qui hoc anno confitetur habens solum peccata precedenti anno commissa non obligatur per Ecclesiasticum preceptum eodem anno adhuc confiteri.

**C**onstat preceptum de facienda Sacramentali confessione obligare, non pro omni, sed pro aliquo tantum tempore, cum sit affirmatum, imponens actionem in qua non possumus omni tempore, tamen absque intermissione versari. Difficultas autem est quodnam sic illud tempus. Atque non esse iure diuino determinatum, communis sententia est, quia in Nauar. *De penitentia* §. 5. ad tertiam partem gloriosissimum. 28. confirmat: qui nullum tale ius proferri potest erubescendumque est, sine lege dicere aliquid lege definitum est. cap. legatur 24. quef. 2. Accedit quod preceptum confessionis, non magis adstringat, quam preceptum baptismi: cuius adimplitioni nullum tempus est determinatum ex D. Thom. 3. par. quast. 68. art. 3. Vbi Caet. in Confirmationem adfert quod sanctus Martinus, S. Ambrosius, & Constantius magnus longo tempore catechumeni fuerint anquam baptizantur. Quoniam autem necessitas est aliquid talis obligationis tempus esse, ne dicendum sit ipsum esse frustra datum a Deo: inquirunt Doctores quod, non illud sit. Atque inter eos que tam certa sunt de quibus Nauar. & Couarruas: ille in eod. nu. 28. & duobus sequentibus, & hic ad cap. *Almamater*, parte priori §. 1. nu. 7. quædam vero sunt dubia de illis prius, de his posterius dicemus.

De ijs: quæ certa sunt inter Doctores.

### SECTIO PRIOR.

22. **P**rimo certum est, preceptū de facienda confessione Sacramentali obligare pro eo tempore in quo adest verosimilis articulus mortis, id est, ex Couar. loco cit. in quo frequenter solet mors contingere, & probabili suspicione viti prudens iudicio timetur: aut propter ex Panormit. habet Nauar. in Enchir. cap. 2. num. 8. quo contingente homines communiter moriuntur: ut cum naufragium probabile, aut præsum feuer, & tunc imminent, aut laborat quis gravis & acuta febris; aut adest partus ei feminæ, quæ nunquam penerit, aut que illum experta est difficilem: & sic de aliis sive naturalis sive violentiæ mortis; manifestis aut probabilibus periculis. Ratio autem huius certitudinis est: Tum quod istud preceptum, tunc maxime, si vñquam, obligare debeat quando contingit maxima illius necessitas ad salutem: ut contingit in articulo mortis. Tum quod impleri debeat ante mortem, neque in articulo mortis possit in aliud tempus deferriri.

Hinc facta est ab Ecclesia constitutio, quæ habetur in cap. *cum infirmitas De penitent.* & remissi. renouataque est a Pio Quinto, anno Domini 1566. in bulla que incipit, *Super gregem:* ut cum Medicis vocantur curandos ægrotos, præsum quam curationem corporis incipiant, eos monent de peccatorum confessione facienda: neque post tertium diem (vt addit idem Pius Quintus) illos visitent, nisi de illorum confessionibus sibi constet, per fidem Confessarij datam in scriptis.

Sed aduerte primo iuxta Sylu. in verbo Medicus, qu. 3. eam constitutionem in omni ægritudine seruandam esse. Iuxta Caet. vero, in eod. verbo, esse seruandam in ægritudine, ob quam necessitas sit decumbere in lecto. Iuxta Angelum autem

& Roitellam (quod refert & sequitur Nauar. in Enchir. cap. 2. num. 16. & cum eo Suarez. tom. 4. disput. 35. sect. 3. num. 4.) seruandum solum esse in ægritudine periculosa; siue iam adit periculum, sive nondum adit quidem, sed ad futurum medicus ipse iudicat: quia morbus est suo genere grauis. Itaque tunc dicta constitutio obligat, cum vel morbus iam grauis est, vel medicus à principio prudenter iudicat periculum adesse morale ne grauis fiat. Itud enim est quod postulat talis constitutionis finis, qui est obseruatio diuini præcepti de facienda confessione.

Aduerte secundo, quo d ex Caet. in verbo, Medicus, habent Nauar. & Famus ille loco cit. & hic in verbo Medicus num. 1. fatis esse si Medicus ægrotum admoneat per Parochum aut eos qui illius curam gerunt, siue domesticos siue alios amicos: quid commodius facient. Nā ea est bonorum & honoratorum Medicorum consuetudo, secundum quam talis constitutio est recepta & obseruata, inquit cum Caet. Nauar.

Aduerte tertio, additum Pij Quinti: ne post tertium diem medicus adest ægratos, quin non fuerint confessi: ne nimis rigidam & contra charitatem esse videatur, intelligi debere secundum eisdem authores; ut procedat quando opera ipsius Medicus non fuerit illis necessaria; siue quia morbus nondum est ad eum grauis: siue quia poterunt sibi alii unde prouidere. Alioquin enim virgente necessitate, seu imminentia alioqui probabili mortis periculo; etiam Turce & Iudeo subueniendum esset ex charitate: quia tenentur non tantum bonis sed etiam malis benefacere quando necessitas exigit. Quod vero idem Pontifex addidit de fide Confessarij habenda in scriptis Suarez in sequen. num. 5. ait non esse receptum (vis fore nimium onerosum, & parum necessarium) communis confitendum, secundum quam obligatio dicta constitutionis, & instrumentum de ea obseruanda factum, interpretandum esse, item quoque monet.

Secundo certum est, eo tempore quo quis habet copiam confessarii, illam postea virgente mortis probabili periculo non habiturus, teneri iure diuino ad confessionem mortalium quibus conscientiam suam grauari nouit. Hoc Couar. loco cit. conlus. 5. (monens omnes in eo conuenire) probat post Canum in relect. *De penitent. part.* 5. quia impedimentum præsum, non cogit quidem præuenire impletionem præceptum, quæ dantur certo tempore impleenda: ut præceptum de ieiunio impleendum in Quadragesima: cogit tamen præuenire impletionem corum, quæ sine determinatione temporis dantur implenda, sicut semel in vita; quæ sunt quæ dantur de mediis ad salutem necessariis: vt de baptismi, de conuersione ad Deum per penitentiam, & similibus: de quorum numero censurentur præceptum, quo iniuncta est à Christo Sacramentalis confessione.

Tertio certum est, multa esse tempora in quibus præceptum de confessione obligari per accidens: quia nimil aliud præceptum virget illius impletionem, ut continetur in his casibus.

Primum est, cum quis in conscientia iudicat se teneri certo tempore confiteri re ipsa: hoc enim nequit tunc omittere sine peccato: dicente Apostolo ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide (id est, quod contra propriam conscientiam sit) peccatum est: ibi enim fides pro propria persuasione accipitur, ut patet consideranti antecedentia in texu: & aduenti quod multa sint opera infidelium quæ non sunt peccata, vt largitio eleemosynæ & similia.

Secundus casus est, cum quis ex voto aut iuramento, quo se adstrinxit vel ex penitentia à Confessario legitime imposita, tenetur aliquo tempore re ipsa confiteri. Ad id enim tunc seruandum, compellitur ratione præceptorum de impledendo voto aut iuramento, aut de peragenda iusta penitentia acceptata: Quod similiter dicendum est, cum quis ex statu, cui se addixerit, coopteri tenetur aliquo præcepto obligante sub peccato.

Tertius casus est, cum quis est sumptuarius Sacrosancte Eucharistie Sacramentum: pro quo plures authores refert Couar. in præced. conlus. 4. sed loco omnium esse potest authentica Concili Triden. sess. 13. cap. 7. & Can. II.

Circa quem casum aduentendum est: speciale esse Eucha-

et sic Sacramento ut ad illius sumptionem, præter contritionem requiratur prævia confessio Sacramentalis peccatum mortaliū, quorum sibi conscius fuerit is qui illud sumpturus est. Namque (ut Nauar. ad lypamēnōr. atam tertiam patem Gloſſa. nū. 41. & alij quos refert & sequitur Suarez in aſta. dīſ. 35. ſect. 3. nū. 13. notat) nullum datur præceptum quo sub peccato mortali fideles teneantur confeſſionem Sacramentalē (etiam teneantur contritione in qua tollat obicem gratia per sacramentum conferendū) p̄mittere ſuſceptioni aliorū Sacramentorū: niſi ipſa Eucharistiā ſiū ſumenda fit, ſicut in receptione cuiusque ordinis ſacri ſole, iuxta receptam, ut habeat Nauar. in Enchir. cap. 2. nū. 7 Ecclesiæ confutudinem.

Postremo certum eſt, ex Ecclesiæ determinatione, vnumquemque fidelem cum adanos diſcretiōis venierit, teneri proprio Sacerdoti ſemel in anno conſideri: quod iam attingimus.

Ceterum incident in omnia hęc tempora obligatio conſideri, procedit quantumcumque ſibi quis contritus videatur; nam & tunc ipſa eſt ex Chriſti iuſtificatione, qua voluit peccata mortalia poſt baptismum committit. Sacerdotum ſententiæ ſubſici. Quocirca in eo qui ſibi conscius eſt peccati mortaliū, quidquid ſibi videatur contritus, obligatio conſideri, non magis cefſat aliis temporibus in quibus eam contingere dictum eſt, quam tempore ſumenda Eucharistiæ: de quo expreſſum eſt idipsum, in Concil. Tridenſ. ſeff. 13. cap. 7. & Can. 11. Vbi & excommunicantur aliter docere, prædicare vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam diſputando defendere prelumentes. Addē neque eamdem obligatiōne alii temporibus, ex eo cefſare, quod iam fecit confeſſio facta ſemel in anno. Nam determinatio Ecclesiæ relinquit præceptum diuinum in ſuo vigore; neque ſtatuit, ne plus quam ſemel in anno fiat confeſſio, ſed ne minus quam ſemel.

Dubia de tempore pro quo imposta eſt obligatio faciendi confeſſionem  
Sacramentalē.

#### SECTIO POSTERIOR.

**P**rimum Dubium eſt, An præceptum diuinum confeſſionis, per ſe vique ſua obligat extra mortis articulum. De quo diuerſas ſententiæ refert Suarez in ead. ſect. 3. nū. 6. 7. & 8. approbans eam qua ſtatuit præceptum illud tale eſſe vobligare debeat extra mortis articulum; quia poenitentiæ Sacramētū (cuius iuſtificatione illud datum eſt ante num. 9. habitum eſt) non eſt iuſtitutum peculiariter in eum finem ut homo lamiam tranſiſtus ex hac vita, ultimum diſponatur is enim potius eſt extrema vniſtionalis finis: ſed ut currenti eiſus ſpirituales morbi, & p̄cedantur occaſiones incurrendi in ſimiles. Quare credibile non eſt tale præceptum vi ſua non obligare extra mortis articulum.

Si queras quoniam fit tempus illud pro quo obligat extra mortis articulum? Respondeſt eſt illud quod ecclesia pro potestate ſibi à Chriſto reliqua, determinauerit. Nam ſicut ei Chriſtus potestatem dedit iudicandi de Christianorū peccatis, ita & definiendi tempus in quo tale iudicium fieri debeat: nec vñllus aliud modus excogitari potest, designandi tempus in quo extra mortis articulum obligatio contingat ſub eandem idipsum iudicium. Ea autem designatione habetur in cap. omnis virtusque ſexus. De penit. & rem. cum præcipit ut omnes virtusque ſexus fideles, cum ad annos diſcretiōis peruenient, proprio Sacerdoti omnia peccata ſua confeſſantur, ſaltet ſemel in anno.

Secundum dubium eſt, An obligatio conſideri tunc contingat cum confeſſio cefſetur eſte medium moraliter neceſſarium ad ſuperandam aliquam tentationem ſeu occasiōne peccandi. Iſtud etiam tractat Suarez in ſequenti numero. 10. & 11.

De eo autem tria videntur tenenda. Primum eſt negari non poſſe, quin frequenter confeſſeri, ſit optimum & utileſſimum remedium aduersus tentationes, quoniam per confeſſionem rite obitam, anima pondere peccatorum exonerata, & diuinę gratia habitu teata & roborata, valentior redditur ad spiritualēm pugnam.

Secundum eſt, Propofitam neceſſitatem moraliter loquendo, non mihi raro poſſe contingere: quia cogitari non poſſet caſus, in quo nequeat tentatio ſuperari, aut nouum

peccatum mortale vitari, aliter quam per confeſſionem Sacramentalē. Nam ad vincendam quancumque tentationem, & periculum peccandi mortaliter ſuperandum, poſtſt ſufficere diuinum auxiliū excitans nos & adiuuans. Quod non dari efficax niſi precedente Sacramentali confeſſione, nulla ratio persuaderi, p̄ſerit cum ipſa confeſſio, ut debite ſit, requirat potius ſuper rationem tentationis, quam contra quandoquidem coniunctū habere debet firmum propositum non peccandi mortaliter de cetero; data quacumque occaſione, quod eſt tentationem ſuperaffe.

Tertium eſt: dato caſu, in quo reuera hic, & nunc, in hac persona, & cum his circumſtantis confeſſio exiſtimatur eſſe medium neceſſarium ad vincendam tentationem, & periculum peccandi mortaliter; tunc obligationem eſte conſideri, non quidem ortam ex præcepto confeſſionis; ſed ex præcepto quo homo tenetur vita peccatum illud, de quo tenetur cum lapsus periculo. Tale enim præceptum obligat, ut ad vocationem peccati, ſic & ad media qua ſunt ad illam neceſſaria: ſieque confeſſionem omittendo in eo caſu, mortaliter peccatur; non quidem transgressione præcepti diuini de confeſſione; ſed alterius per quod prohibetur peccatum illud, cuius probabili periculo quis exponit ſe, per eam omissionem.

Tertium Dubium eſt, An is qui ſuccumbens tentationi, lapsus eſt in peccatum mortale, obligetur conſideri quārum. Circa quod aduerſe, deſe maniſtum eſt, quod faliberrimum conſilium fit, ut ſtatiu ac quis lapsus eſt in peccatum mortale, de eo conſideſt ob innumera dama quā ipſum ſecum adferit. Item ſententiam eſt receptam communī conſenſu teſte Nauar. in Enchir. cap. 2. nū. 6. quod non tenetur peccator, ſimilac peccauit, de peccato coſilio illico conſideri, etiam ſi habeat copiam Confeſſari. Clementiſſimus enim Dominus nobis in peccatum poſt baptismum lapsus, præceptum quidem impoſuit conſideri, quod ſub poena noui peccati eſt aliquando implendum: illud tamen, Aliquando, non reſtrixit ad primum occurrentis, ſed extendit ad omne quando, ut ſic dicam, huius vita: prout Ecclesiæ viſus oſtendit; tum in eo quod prefixum fit ſpatium vi- nius anni ad implendum obligationem conſiderandi à Chriſto imposta: tum in eo, quod confeſſari etiam docti & p̄pi, auditio varijs peccatis tote anno commiſſis, non foliant penitentes admonere de aliis nouis, que commiſſerunt per confeſſionis dilationem vique ad illud tempus neq; de talibus penitentibus ipſi ſe acuſare, aut ſcripto anguſolēt.

Itaque tota diſcultas verat in caſu, quo quis probabiliter timerit, ſi diuiti confeſſionem diuerſat, ſe peccata commiſſa obliuioni traditur. Nam Medina & alij quorū meminit Suarez tomo 4. dīſ. 36. ſect. 5. nū. 5. exiſtimant tunc obligationem eſte ſtatiu conſideri, vel ſcribendi peccata ad ſuccurrentum memoriam: quia homo diuino iure tenetur integre conſideri: & ex coſequenti idipſum tunc facere cum poſt, nec poſte poterit propter obliuionem. Nauar. vero in Enchir. cap. 21. nū. 35. & alij quorū Suarez conſequenter meminit, num. ſexto ſequenti, ſentiuunt, quod licet id ſit ſalutare conſilium, non ſit tamen obligatorium: quia ius Ecclesiasticum non adstringit ad ſiepius quam ad ſemel in anno conſiderandum: quamvis regulariter atque moraliter loquendo, vix ſit aliquis, qui conſiderat tantum ſemel in anno poſſit recordari omnium peccatorum, que tam cogitatione, quam verbo, aut opere commiſſerit. Nequi iure diuino adſtrin- gimus ad memoriter retinenda omnia peccata que commiſſimus: ſed ad talen moralem diligētiā, quando tempus obligationis occurrit, faciendam; ut omnia quantum fieri poſte reuocemus in memoriam & integre conſteamus. Iſtud enim eſt, quod ex iuſtitutione Sacramenti Penitentiæ colligi dicitur in Concil. Tridenſ. ſeff. 14. cap. 5. oportere ſcili- cet, à Penitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligētiem diuſcussionem, conſcientiam habent; in confeſſione recenteri. Adde, quod vi ſylueſt argumentatur, Confeſſio primo queſt. 2. in fine, obliuisci peccati mortaliſ non ſit peccatum mortale; ideoque eum de quo agimus, non exponere per periculum peccati mortaliſ: ſic ut teneat laborare ne obliuiscatur, ea ſcribendo: alioquin enī (inquit idem ſylueſt) teneretur ſemper deferre ſecum instrumenta ſcribendi, quod ſtultum iudicaretur.

Quatum dubium est, An obligatio confitendi semel in anno, si aliqua ratione iuris diuini. Ad hoc pluribus alijs citatis respondent Azor. & Suarez : ille in prima part. infra. lib. 7. cap. 29. quæst. 8. & hictom. 4. disput. 36. sect. 1. num 5. obligationem ad confessionem annuat; vt annua est, siue ut facienda est quotannis, esse iuris canonici : vt verò est facienda quotannis confessio, etiam quæcum Christus instituit, esse iuris diuini. Id quod patet per illud quod sub initio huius capituli habitum est, in hac re Ecclesiæ præcepto Christi tantum addidisse determinationem, quoad circumstantiam temporis; non autem diuersum præceptum dedisse. Ex qua responsione colligere liceat, quod etiam Ecclesia iurisdictionem non habeat per se faciendū aliquid de actibus & delictis quæ suā naturā notitiam humanae fugiant: nihilominus tamen eum qui peccata interna solumente habeat, obligari ad annuam confessionem: quia id quod Ecclesia hanc in iungens intendit, est frequentem factum ex iunctura confessionis, quam ad reparationem lapsi post baptismum Christus Dominus fieri iussit. Vnde ea non egreditur sui iurisdictionis terminos, vt que statuat de internis actibus. Eruta nec illi qui tanum habent peccata interna, ab ipsa annua confessio ex. tantum: quandoquidem quoad substantiam est illamer, quam Christus Dominus præcepit faciendam de omnibus peccatis, quantumvis interna sunt vi. Concil. Trident. expressæ in s. 14. caps. & Can. 7. Licit quoque ex ea tem response colligere, disputationem Summi Pontificis in præcepto anni confessio non excusat ab obligatione confitendi in periculo mortis, vel non habendi poena copiam. Confessarij occurrente in eodem periculo; vel dum funeris est Eucharistia, qui alii obligatio iuris diuini est, non admittens mutationem cur sita Deo immutabili conditum.

Quintum dubium est, An ex vi præcepti de annua confessione, obligant fideles, aliquà certa determinataq; anni parte confiteri. Istud viri que patrem citatis authoribus tractant f. Ius Azor. & Suarez : ille in p. 28. quæst. 7. & hic in seq. sect. 3. patremque negantem sequuntur. Nec immerito: quia verba præcepti in capite. *Omnis virtusque exi. De penit. & remiss. Semel anno*, non determinant obligationem ad certam anni partem; sed quavis anni parte imponeri posse, indicant: sicut cum præcipitur alii leiuare semel in hebdomada; liberum ei relinquatur, qua voluerit hebdomadæ die leiuare. Deinde cum in eodem cap. via laetus præceptum quoque de annua Eucharistia sumptione, simul determinata certa anni parte, per illa verba: *Suscipiens reuenerit ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum*: talis differentia satis ostendit obligationem præcepti de confessione, non esse ab Ecclesiæ determinatam ad certam anni partem: sicut est obligatio de Eucharistia sumptione.

Necverò dici potest, non duo præcepta, sed tantummodo unum esse, quo intungitur sacra[m]ta Eucharistia sumptio in Pasche, & ob illam Sacramentalis confessio, anquæ non necessaria præparatio. Nam sententia communis est in contrarium: pro qua plures authores & rationes iidem afferunt, Azor. in sequen. quæst. 9. & Suarez in prius cit. sect. 1. numero 4.

Satis autem nobis est vobis Ecclesiæ, quo ab iis qui ex rationali causa excusantur ab Eucharistia, sumptione, exigunt nihilominus ut semel in anno, confiteantur. Sic enim pueri qui nondum admittuntur ad Eucharistiam, tanquam illius nondum capaces, censentur obligati ad confessionem annuan: eo quod ad annos discretionis iam peruenient.

Si opponas consuetudinem quoque esse Ecclesiæ, in Cōc. Trident. s. 14. cap. 5. valde commendatam ut præceptum confessionis impletatur in Quadragesima unde equitur pars modo ipsum tunc esse implendum. Et oppositioni Medianam fecutus Azor. responder probabile est anni partem, quam ius indeterminatum relinquit facienda confessionis annua, determinationis esse consuetudine interpretante ius ipsum, ac declarante annuan confessionem peccatorum, quam idem ius iuber fac endam esse in Quadragesima, seu Paschalis tempore.

Suarez vero corcedens consuetudinem negat eam esse obligationem; quia recepta non est inter fideles tanquam

determinans obligationem annua confessionis ad tempus Paschale: sed tanquam designans tempus ceteris anni partibus ad faciendum obligationi confitendi commodius; proper aliquid Ecclesiasticum præceptum de sumenda quotannis in Pasche et sacra[m]ta Eucharistia: cuius impletio exigit præparationem per Sacramentalem confessionem ex Concil. Trident. s. 13. cap. 7. Itaque ex ea consuetudine non nascitur obligatio: sicut nec ex ea, qua illi qui nullius pecuniarum sibi sunt consci, nolunt ad Eucharistie sacramentum accedere in Pasche iuxta Ecclesiæ præceptu: nisi præmissa confessione de venialibus, quæ memorie occurrit, nam ea non obstante dubium est, an rales ad confessionem obligantur: cui dubio non esset locus, si ea consuetudo obligacionem induceret. Si quis virget, non omnes qui conuentiunt in Pasche confiteri, ait Eucharistie sumptione obligari, ut patet de pueri, unde sequitur eorum faltere respectu consuetudinem confitendi in Pasche, non esse ob conditionem iam dictam, respondendum est, de vi consuetudinis non esse iudicandum ex iis quæ faciunt pueri; quibus proprium est non admodum discernere quid ex qua obligatio fiat, sed lequi ea quæ vident ceteros facere. Si quis preterea virget dari Episcopalia starura quibus obligatio confitendi in anno, determinatur ad tempus Paschale. Respondendum est, Episcoporu[m] intentionem non esse determinacioni Ecclesiæ aliam adiungere; sed solum procurare, ut ea observetur: vrgendo illud tempus determinatum, in quo debet quoque ex vi præcepti Ecclesiæ vniuersalibus, virgine Eucharistie sumptionem: cuiusdam confessionem pugnitere oportet. Cur autem Ecclesia cum certam anni partem determinaret ad sumptionem sacra[m]ta Eucharistie, in determinatum reliquerit ad confessionem Sacramentalem Suarez in cit. s. 3. numero 3, causam acferit: quod pro ijs qui post baptismum lapsi sunt in peccatum mortale, hæc sit in futura tanquam medium, quod non ex edit de die in diem differre.

Sextum dubium est, Quomodo computandu[m] sit annus, in quo est obligatio semel confitendi. Respondendum videtur: quod cum varijs signum modi (quos Suarez refert & expendit in sequen. nu. 5. 6. 7. & 8.) facienda talis computacionis, illum cum eodem & cum Azorio in citato cap. 28. quæst. 6. propterea probandum esse: quo talis annus computatur ab uno Pasche ad alterum Pascha proximè sequens; comprehendendo omnes illos dies in quibus potest præceptum sumendi Eucharistiam impleri: nempe à Dominica Palmarum, ad Dominicam in albis inclusivè. Ratio est quia hunc modo computandi facet communis sensus fideliom existimantur obligationem, quam habent confitendi. Et si semel in anno, cap. 4. ab vixio Pasche, in proximo finit: & Ecclesiæ Prelati in ipso Paschale non ante, compellunt præceptum confitendi implere. Neque refert quod talis modulus non constet ex verbis præcepti Ecclesiasticis; quia consuetudo Ecclesiæ est optima legis Ecclesiastice interpres. Nec à ratione alienum est ut in hacre, ad animæ tantum negotium se extendente, annus non vulgariter, sed more Ecclesiastico intelligatur, computetur. Nec eidem refert quod cum temp[us] Paschalis mobile sit, fiat ut inter vnam & aliam confessionem, interdum intercedant tredicem menses, interdum undecim solimmodo: quia quamvis id sit contra consuetudinem anni vulgaris, non est tamen contra rationem anni Ecclesiastici: seu quem Ecclesiastica consuetudo induxit, & seruat legitimè.

Septimum dubium est, Ad quid obligatur, si anno elapsio non est confessus. Respondebit teneri quampliimum confiteri; ita ut eo magis ac magis peccet quo magis ac magis confessionem voluntariè differat. Ita contra D. Anton. & Sylu. cum Maiore, Soto, Medina, Nauar. & à Victoria tam hos quam illos citantur Suarez in eadem disputatione. sect. 4. Et probatur: quia cum Ecclesiæ præcipientis annuan confessionem intentio sit, efficere ut confitio ipsa non differat nisi iuri: eadem quoque exi est, sic obligare ad non differendum, ut intra annum ea fieri debat: sique non fiat, semper continue maneat obligatio eam non ultra differendū: perinde a contingit in obligatione solvendi censur annuan: ut collocetur non tollatur ex eo, quod solutum non sit elapsio anno, sed potius circumscribitur. Quod verò in contrarium obicitur præceptum affirmatiū determinat obligans pro aliquo tempore, non obligat illius

illius transgrestorem transacto eodem tempore: ut pater ex praecerto audiendi Missam dic festo, vel ieiunandi in Quadragesima. Nequem qui die Dominica Missam non audierit, tenetur illam audire feria secunda: neque si qui omisit ieiunare Quadragesimam, tenetur quadraginta diebus sequentibus ieiunare, ut obligationem impositam ab Ecclesia satis faciat. Hoc inquam reicitur, quia procedit tantum quando temporis designatio, per praecertum affirmatum facta, est ad obligationem omnino determinandam pro illo ipso tempore, ut in duabus casibus propositis, & quibusdam aliis: non autem cum sit ad suspendendam, seu differendam obligationem visque ad illud tempus designatum; ut in causa anima confessionis, & in quibusdam aliis: quos discernendi a precedentibus non videatur alia ratio assignari posse, quam ut considerentur materia & forma praecerti, ac intentio precipiens, utrum ostendant potius unum quam alterum praecerti modum.

Ostatum Dubium est. An qui iam semel in anno confessus est, si denuo intra illum labatur in peccatum mortale, tenetur ante eundem elapsum denuo confiteri. An vero sufficiat propositum firmum habere illud confidendi primo tempore in quo incumbet obligatio confidendi. Quod adverte non proponi de eo quod in praxi seruandum est, tanquam anima salutare: nemo enim est qui neget saluberrimum esse non differre diutius confessionem post peccatum mortale perpetratum. Neque proponi de eo quod facere incumbit ex vi iuris diuini, si articulus mortis occurrit, vel sit sumenda sacrae Eucharistia, vel conscientia differit obligationem esse sub mortali. Certum est enim, peccatum mortale esse tunc non confiteri. Sed proponi de eo, quod incumbit ex vi iuris Ecclesiastici. Responderi autem potest, scilicet respondere à Victoria De Sacram. numero 137, non tenetur. Ratio est, quia quod in cap. Omnis virtusque sexus. De penit. & remission. statuitur, omnes fideles debere semel in anno confiteri omnia sua peccata, non est necesse intelligere confessione omnium peccatorum quae visque ad anni finem committuntur: sed peccatorum quorum memoriam potest homo habere dum confiterit, siue eo anno, siue alias commissionum, necdum confessorum. Nam id praecertum ut ante notarium, solum est determinatio praecerti diuini intingentis confessionem integrum de peccatis, que memoriæ occurrint facta diligenti conscientiae examinatione.

Sed obicit Suarez in prius citata secc. 3. num. 9. fideles confessi sibi peccati mortalis, quamvis iam semel in anno confessi sint, si in Paschate nec confiteantur nec communicent, existimare se duo peccata mortalia committere. Item eum, qui iam semel in anno confessus est sed tantummodo de venialibus, cum nullius peccati mortalis sibi conscius esse; si eodem anno labatur in peccatum mortale, teneri ex vi praecerti Ecclesiastici intra illum denuo confiteri. Ergo malitia ratione tenebitur si de mortalibus confessionem iam fecerit. Ad quorum prius responderi potest, existimationem eam esse ex ignorantia & conscientia erronea: ut & illam quae plerique putant se ex eiusdem praecerti vel tenere in Paschate confiteri, quantumcumque nullius peccati mortalis sint sibi consci. Ad posterius vero confessionem de venialibus non esse eam quae precipitur in cap. Omnis virtusque sexus, sed de mortalibus iuxta dicenda in sequenti parte huius capituli. Vnde qui illam fecit nondum dicitur semel in anno confessus secundum eiusdem Cap. praescriptum. Non est tamen negandum quin si is qui post iam factam semel in anno ab Ecclesia prescriptam confessionem lapsus est in peccatum mortale, videat se easum referuantur habere a quo absoluiri non poterit in proxima confessione facienda ex obligatione quia non habebit copiam Confessarii habentis sufficientem iurisdictionem. Quin inquam, tenetur uti commode quae tunc ipsi offeruntur confidendi apud aliquem praeditum iurisdictione sufficientem ad ipsum absolvendum.

Nonum Dubium est. An si quis in confessione facta hoc anno, aliqua peccata mortalia omisserit per obliuionem excusabilem, vel ob aliquam causam rationabilem, teneatur uti praecerti Ecclesiastici statim confiteri eadem peccata; An vero possit differre illorum confessionem visque ad tempus obligationis sequentis anni. Ad quod à Victoria & Na-

uer. ille loco cit. & hic in Enchir. cap. 2. nu. 9. respondent non teneri. Ratio est, quia cum praecertum ipsum Ecclesiasticum, peccatorem obliget tantum ad peccata omnia quibus conscientia ipsius gravatur, semel in anno confitenda, quantum memoria occurrit facta diligent confitentie discussione: seu quantum fieri potest, & necesse est, ad integratem Sacramenti iure diuino prescriptam: atque sufficienter, ut manifestum est, tale quid praefitterit ille, qui eo quo propositum est modo, confessionem fecerit; nihil sane est cur negetur sufficienter quoque satisfaciere Ecclesiastico praecerto: tanquam debeat iterum, eodem anno sub persona peccati mortalis continenter; nec confessionem differte posse in tempus, in quo primum occurret illius facienda obligatio.

Vltimum Dubium est. An si qui in casibus duorum precedentium dubiorum confitetur hoc anno de peccatis commissis tantum anno praecedenti, ira faciat obligacioni confidendi, vt non tenetur ex vi Ecclesiastici praecerti, hoc ipso anno adhuc confiteri. Ad quod congruentem antedictis respondendum est affirmative. Diximus enim per confessionem factam praecedenti anno, sufficienter satisfactum esse obligacioni confidendi illo anno; neque negari potest per eam de qua dubium istud proponitur, sufficienter satisficeri obligacioni huius anni; dato quod ipsa facta sit integra & levigata omnibus aliis ad Sacramentalem confessionem requisitis iure diuino: cui ut sepe diximus ius Ecclesiasticum nihil addit nisi determinationem ad tempus.

41.

## PARS QUARTA CAPITIS.

De personis quibus imponitur obligatio faciendi confessionem Sacramentalem.

## SUMMARIUM.

- 4.2 *Infideles ad confessionem Sacramentalem neque diuino, neque humano iure obligantur.*
- 4.3 *Fidelis qui post factum diligens conscientie examen, nullius culpa mortalibus sibi conscius est, non obligatur praecerto confessionis.*
- 4.4 *Nec item obligantur habentes solummodo venialia.*
- 4.5 *Excepis duobus casibus.*
- 4.6 *Cause ob quas confiteri debeant habentes solummodo venialia, etiam si non tenentur sub praecerto.*
- 4.7 *Quomodo ab Ecclesia imponi possit confessio peccatorum venialium.*
- 4.8 *Obligatio confidendi imponitur lapsis in peccatum mortale.*
- 4.9 *Quomodo Papa ei obligationi subjiciatur.*
- 5.0 *Quomodo pueri.*

5.1 *Qua inopia item Confessarii excusat ab obligatione confidendi.*

**Q**uod hic explicandum occurrit est, quinam illi sint, quos praecerto confidendi obligantur. Id quod declaratur aliquot propositionibus.

Prima est, Infidelem neque diuino neque Ecclesiastico praecerto obligari ad Sacramentalem confessionem. Ad huius probationem, Dominicus Sotus & Joannes Medina: ille in 4. distinct. 18. quest. 1. art. 3. concl. 1. & hic in Cod. de confess. quest. 5. sub finem bona argumenta adferunt: sed sufficit non auctoritas Conc. Trident. sess. 14. cap. 2. dicentes Ecclesiam in neminem iudicium exercere, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus] & in cap. 5. Christum è terris ascensurum ad celos Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquisse, tanquam Praesides, & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferentur in qua Christi fideles cedentur.] Et vero obligatio confidendi imposta iure diuino, non est alia, quam quae sequitur ex potestate relata à Christo in Ecclesia ad exercendum penitentiale iudicium; sed ad ministrandum Poenitentia Sacramentum: prout antea initio huius capituli, iam docuimus ex illo cap. quinto. Quae potestas cum tradita sit tantum in domesticos fidei, quos ipse Dominus lauacro baptismi, corporis sui mensbra semel effecit, ut in cit. cap. 2. haberet Concilium: relinquuntur diuino iure ad confessionem Sacramentalem non obligari infideles. Multo vero minus iure Ecclesiastico, cum, ut in cap. Gaudemus de diuinitate habetur constitutionibus canonice illi non ardantur.

Seconda proposicio, Eum qui culpe post baptismum

42.

43.

Commissus conscius sibi non est: nullius recordari valens factio diligentia conscientiae examine, non obligari præcepto confitendi. Ratio est, quia tale præceptum, siue diuinum siue Ecclesiasticum, datur pro lapsis in peccatum: ut de diuino constat per illud *Ioan. 20.* Quorum remitteritis peccata remittuntur eis: ] per quod datum esse idipsum præceptum, declarat Conc. Trident. *sess. 14. cap. 5.* De Ecclesiastico vero constat ex illis verbis *cap. Omnis virtusque sexus. De Penitent. & remiss.* Omnia peccata sua saltem semel in anno confiteatur. ] Si opponas illud *i. Ioan. i.* Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipso seducimus ] Responder Sotus in sequenti *conclusione 2.* per illud, nos tantum moneri, ne affirmemus nos esse sine peccato: quia multa nos latere possunt: non autem, vt si nullius culpe nostre memores esse possumus, nos in conscientia iudicio constitutamus reos alicuius peccati certi, de quo tanquam à nobis commissio, confiteri obligemur.

44. Tertia propositio est, Habentem solum peccata venialia non obligari præcepto confitendi. De hac quoad præceptum diuinum dubitari non potest propter aperta verba Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5.* dicentes Christum Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquise, tanquam Presides & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferrentur, in qua Christi fideles ceciderint. Inde enim pater confessionem quam Christus præcepit solummodo esse peccatorum mortalium; ita ut venialia citra culpam possint in ea taceri, prout expressum etiam est in *ed. cap. 5.* Quod præceptum vero Ecclesiasticum controversia quidem est de qua in *vtramq; partem* autores referunt Azor. & Suarez: ille in *i. par. Moral. Inflit. li. 7. cap. 28. quæst. 3.* & hic *tom. 4. dispt. 36. sect. 2. num. 6.* Pars autem negans, pro qua est communis sententia, à nobis tenenda tanquam nostræ propositioni conformior, probatur: quia cum in memorato *ca. Omnis virtusque sexus præcipiat*, vt omnes fideles omnia sua peccata semel in anno confiteantur: si illis verbis compre henderentur venialia, fideles tenerentur illa omnia confiteri, quod absurdum est: vt pote impossibile. Quare is qui non habet peccatum mortale, non comprehenditur sub illo præcepto. Accedit quod illud sit tantum determinatio præcepti diuinii, nec quidquā præcipiat, quin diuinum præcepto mandatum sit, præter temporis determinationem ex Concil. Trident. *sub finem citati cap. 5.* At, vt dictum est, ex diuino præcepto solus ille tenetur confiteri, qui sibi conscius est peccati mortalis. Ergo & ex præcepto Ecclesiastico.

45. Patitur tamen hæc propositio exceptionem in duobus casibus ex Nauar. in Enchir. *cap. 21. num. 34.* quos referemus in sequenti num. 93.

46. Quarta propositio, Etiam si habens solum venialia non reneatur ex vi præcepti, confiteri, deberit tamen: tum ad vitandum scandalum, ne putetur transgressor præcepti Ecclesiastici, aut imparatus ad sacram mensam accedere: tum ad exercendum humilitatem erga suum proprium Sacerdotem, aperiendo illi anima proprie statum; tum ad obtinendum à Deo nonam gratiam, & remissionem alicuius partis penitentie peccatis debita: tum etiam ad securitatem: cum fieri possit, vt paret quis venialia esse, quæ sunt mortalia: vel vt habeat aliquod mortale occultum, ad cuius deletionem vis Sacramenti requiratur: tum denum ad augendum propositum nunquam peccandi mortaliter & ad diminuendum habitum peccandi venialiter. Hæc etiam Nauar. ex Sylo. in eandem sententiam consequenter adserit.

47. Difficultas autem, de qua in viramque partem plures autores citat Azor. in sequenti *quest. 4.* An ab Ecclesiæ præcipi possit confessio peccatorum venialium: ita ut hæc, quæ sunt illius materia libera fiant materia necessaria: videtur explicanda distinctione: dico non posse quidem per se ac directe, posse tamen per accidentem, indirecte, nimirum præcipiendo generaliter & absoluere exterritum vsum Sacramentalis confessio- nis pro certis diebus; eo modo quo in Clement. *i. §. San. De flatu Monach.* inlungitur monachis S. Benedicti, vt singulis mensibus ad confessionem saltem semel, accedant. Nam ad talen vsum obligatus, consequenter obligabitur ad confitendum de venialibus, quando in tempore determinato, nullius peccati mortalis sibi conscius fuerit. Inde enim obligatio præcepti non cessat, tanquam impossibilis ob des-

etum materiæ confessionis: licet enim peccata venialia non sint confessionis materia necessaria, sunt tamen sufficiens ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5.*

Quod autem fideles ad talen vsum obligari valeant ex copate; quod ipsi possint ad eundem actum tanquam laudabilem ac salutarem scipios voto obligare. De memorata in iunctione Clementis aduerte obiter, difficultatem esse, num continet præceptum: quam Azor. & Suarez tractant ille in sequenti *cap. 29. quæst. 1. & 2.* hic vero in ead. *dispt. 36. sect. 5. num. 7. & 8.* resoluuntque de ca re iudicandum esse ex instituto & consuetudine religionis. Quos consulat quiveler.

Quinta propositio est, præcepto confessionis obligari omnes post baptismum lapsos in peccatum mortale, etiam si internum tantum fuerit. Hæc est de fide ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5. atque Can. 7. & 8.* in quo excommunicatur expresse is, qui dixerit ad confessionem non teneri omnes & singulos Christi virtusque sexus fideles, luxa magni Concil. Lateran. constitutionem, semel in anno.

De Papae autem & pueris quomodo teneantur difficultas est. Ac de Papa solummodo est quoad præceptum humanum, nimirum an obligetur sicut ceteri fideles, confiteri semel in anno: certum est enim, præcepto diuino ipsum obligari, perinde ac ceteros. Explicatur vero distinctione eadem difficultas. Nam cum in præcepto duplex vis insit, una coactiva, & altera directiva, præceptum Ecclesiasticum de annua confessione, non obligat Papam vi coactiva: quia puniri possit si illud non seruit, sicut puniuntur ceteri: qui viuantur ab Ecclesia & mortui priuantur sepultura Ecclesiastica: nam cogere est superioris, quem Papa non habet in Ecclesia. Obligari autem vi directiva; quia Papa sicut ceteri (vt seruerit capitum cum membris conformitas, vbi non est diuersitatis ratio) debet se conformare præcepto fidelibus omnibus communis, quando eadem est in eo quæ in ceteris ratio seruandi illud: prout esse parat, quod præceptum de annua confessione. Nascitur vero talis obligatio ex iure naturali: quod præscribit, vt quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eo ut debeat, iuxta dictum Sapientis Patere legem quam ipse tuleris. ] *cap. Cum omnes. De constitut.* Hanc resolutionem proposita difficultas habet Couarr. ad *cap. Almamater. De sentent. excommunicat. in 6. parte priore §. 1. num. 5.* plures eandem tradentes referens.

De pueris autem constat quidem si post baptismum in peccatum mortale lapsi sint, ad confessionem obligari: non modo præcepto diuino, quod omnibus taliter lapsi impunitur, vt in præcedentibus docuimus: sed etiam præcepto Ecclesiastico, quod extenditur ad omnes Christi fideles qui ad annos discretionis peruererint. Difficultas autem est quando incipiunt obligari, tanquam habentes rationis vsum sufficientem ad pecundum mortaliter: de qua re vide antedicta *i. parte lib. 4. cap. 1. num. 1.* Si quis vero obicit ex *cap. i. & 2. de delictis puerorum,* non adstringi humana lege pueros ante decimum quartum annum; Respondet Azor. in sequenti *quest. 6.* inde tantum haberi, ante decimum quartum annum puer quæcumque rationis iam compotes, non esse penitentia visitata puniendos, sed arbitrio Iudicis: sive que pueros si omittant confiteri semel in anno non subici penitentia in *cap. Omnis virtusque sexus de penitent. & remiss.* impositæ, iuxta communem Doctorem sententiam illös ab ea excusantium vt Suarez notat in seq. *sect. 8. numero 5.* hoc est viuos non arceri ab Ecclesiastica sepulta. Neque obstat, quod puer etiam ante annos pubertatis, percusione Clericorum, in excommunicationem. *Si quis fudente diabolo* i. *quest. 4.* incurrit, *ex capite primo & ultimo de sententia excommunicata ratione etatis* conceditur illis vt ab Episcopo suo absolvi possint: qui alloquitur ad Romanum in curiam recurrere tenebuntur Non obstat, inquam: quia excommunicatione prædicti capituli. Si quis fudente diabolo est late, vt vocant, sententia, ipsoque facto incurritur, nullā expectat à Iudicis executione: penitentia velut *cap. Omnis virtusque sexus,* est sententia ferenda; seu quæ non est imposita, sed imponebatur est à Iudice, vt verba futuri temporis, *accedit & careat,* satis indicant: vnde in ea exequenda locus est arbitrio Iudicis, non autem in ipsa excommunicatione capituli. Si quis fudente diabolo.

Sexta

Sexta propositio est, fideles ab executione praecepti de confessione excusat per inopiam Confessarij. Haec de se non est; si inopia fuerit talis, ut Confessarius omnino haberet nequeat; quia nemo ad impossibile obligatur: tuncque: talis executio est aperiē impossibilis. Si vero fuerit talis inopia ut haberet quidē possit Confessarius, sed non sine difficultate extraordinaria: quia, verbi gratia, longum iter confidendum est: & habeatur: aut graue aliquod documentum preferendum: eadem propositionem habere etiam locum, ex eo probatur, quod dominii iugum suave sit: à qua suauitate existimandum non est sanctam Ecclesiam ipsius sponsam velle recedere: praeferit aduentem ad id quod est iuri natura: viri haec est, hominem nimias molestias, infamiam, & alia gravia documenta virare, nisi in contrarium virgear periculum maioris mali: quale est aeterna damnatio. Quod quandoquis peccati mortalis sibi conficius probabiliter timeret, dubitans de sua contritione; non debet per infamiam aut ullum aliud temporale detinendum reuocari confessione. Id quod Suarez annotat in eadem disput. 36. scđ. 6. n. 5.

## PARS QVINTA.

Derequisitus ad satisfacendum obligationi confitendi.

## S V M M A R I V M.

53. Per confessionem imperfectam ex defectu integratatis, aut contritionis, vel examinis sufficientis: non satis praecepto confitendi, statim facta sit dedita operā, aut ex ignorantia affectata.
54. Idem dicendum est quoad praeceptum diuinum, si ignorantia fuerit crassa.
55. An idem quoque dici posse, quoad praeceptum Ecclesiasticum.
56. Si defectu integratatis contingat per oblitione seu inadvertentiam naturalem, non obstat satisfactioni proposita obligatio-
- nis.
57. Idem dicendum de defectu plena contritionis ex tali inadvertentia.
58. Confessio non accepta absolutione, obligatur iterum confiteri.
59. Obiectio in contrarium cum solutione.

**H**ic duo dubia occurrunt explicanda. Prius est, An ista faciat praecepto Confessionis, qui illam facit imperfectam: ut pote qui non confitetur omnia sua peccata; aut quamvis confiteatur omnia quorum memoriam habet, id tamen facit sine legitima contritione cordis, aut sine debita conscientiae discussione. Posterior est, an faciat qui confessus proprio Sacerdoti, non accipit ab eo absolutionem. Prius autem explicatur his propositionibus.

*Explicatio dubij, Num praecepto confitendi satisfiat per confessionem imperfectam.*

## SECTIO PRIOR.

Prima est; nec diuino nechumano praecepto confessio-  
nis satisfacere illum, qui modo aliquo ex dictis, imper-  
fectam facit dedita operā, aut per negligientiam seu ignoran-  
tiam affectatam. Probatur, quia talis nec facit, nec facere curat id quod Christus instituit, & quod secundum Christi intentionem Ecclesia quotannis fieri precipit. Nā vt in Con-  
cil. Trident. scđ. 14. cap. 5. dicitur: ex Christi institutione ope-  
rata Penitentibus peccata omnia mortalia quorum post diligen-  
tiam sui discissionem, conscientiam habent, in confes-  
sione recenser; quod confessionem sic imperfectam facien-  
tes, certum est non feruare.

Secunda propositio est; eum qui per modum imperfectam facit per ignorantiam crassam, non tamen affectatam, non satisfacere praecepto diuinum. Haec probatur eadem ratione qua praecedens, quia non facit quod Christus instituit, nec excusat per ignorantiam; cum adhibita in morali diligentia illam vincere potuerit.

Aut autem satisfacat Ecclesiastico; difficultas est: de qua in utramque partem authores adferuntur. in cit. cap. 29. quæf. 3. & affirmantem sequitur ut mihiorem, & quæ penitentes peccatorum suorum confessionem facientes liberet a cre-  
bris scrupulis, quibus graueri diuexarentur, tanquam rei violationis præcepti de annua confessione, si eis non consta-  
ret se integri & cum sufficienti conscientiae discussione, &

cum summo dolore de peccatis, & cum perfecto emenda-  
tionis proposito, confessionem perficeret. Propter quam  
rationem facile ei confenserim, quoad casum in quo Peni-  
tentis incertus esset, an in aliquo prædictorum defecisset sua  
culpa: quia tunc locus esse posset excusatione peccato, ob  
graue illud incommodum, quod tacitum est: non vero quo-  
ad casum, in quo certus esset se defecisse. Nam præterquam  
quod in eo casu non adest occasio diuexationis per scrupu-  
los: pro parte contraria est virginis ratio: nempe quod Ecclesia  
annuan confessionem præcipiens, eam iubet quam Christus  
instituit: additam tantum determinatione temporis, ex  
Concil. Trident. scđ. 14. sub finem cap. quinti. Certum est autem  
Christum instituisse integrum de omnibus peccatis mortali-  
bus, coniunctam cum debita cordis contritione seu pec-  
catorum commissorum detestatione. Ergo eamdem Ecclesie  
præcipit; & per consequens non nisi ea facta de omnibus  
peccatis mortali bus integra, cum eorumdem detestatione,  
impletur præceptum Ecclesiasticum; sed peccatur illius vio-  
latione; nisi causa inusta interueniat, quæ excusat. Immo &  
sacrilegium committitur, confessionem faciendo contra  
Christi institutionem, atque in sufficienter ad sacramentum  
Penitentie perficiendum.

Tertia propositio est; per confessionem imperfectam ex  
defectu integræ declarationis peccatorum, si proveniat ex  
oblitione seu inadvertentia naturali, impleri præceptum  
confitendi, siue diuinum sue Ecclesiasticum sufficienter ad  
excusationem à peccato transgressionis: quamquam peccata  
oblia, si in memoria posse recurrant, confiteri oportet.  
Huius prior pars patet, quia naturalis oblitio seu inadverten-  
tia cum sit inuincibilis, excusat à peccato. Posterior vero  
probatur ex eo, quod ita peccata non sunt supposita. Sacer-  
dotis proprii iudicio, ut debent ex Christi institutione, omni-  
nia post baptismum commissa prout habet Concil. Trident.  
scđ. 14. initio cap. 5.

Difficultas autem est, An hæc propositio procedat cum ex inadvertentia, confessio facta fuerit quidem cum detesta-  
tione peccati, ut ipsum est Dei offensa, non tamen tam plena  
quam opus esset ad obtinendum Sacramentum Penitentie ef-  
fectum, qui est Dei gratia, per quam peccator iustificatur.  
De qua difficultate in utramque partem authores refert Co-  
uar. ad cap. Almamater De senten. excomm. in 6. parte priori §. 4. nu.  
13. ver. 3. & affirmantem partem, tanquam apud Theolo-  
gos communiorē meritū approbat: sicut & Franc. à Vic.  
De sacrament. num. 157. & Navarr. in Enchir. cap. 9. num. 10.  
Eam vero bona ratione Caet. Sotus & Canus, quos Couar.  
cit, confirmant: nempe quod is quia iudicium viri pru-  
denter bona fide credit se præstissime ea, quæ requiriuntur ad  
confessionem Sacramentalem; præcepto de confessione, a  
per eam satisfiat, ut ad iteram non teneatur. Nam aho-  
qui non esset locus tranquillitat consientia, sed quacumque  
diligentia possum, temper est cogitandum de illius ite-  
ratione ad præcepti impletionem: quod esset onus gravissi-  
mum & intolerabile, à quo tam non posset releneri homo,  
quam ipse nescire potest virum sit Dei amore aut odio di-  
gredi Ecclesiastis cap. 9. & quam non deber est de propitiatio-  
peccato securus, Ecclesiastici cap. 5.

*Explicatio alterius dubij, An satisfiat, non accepta ab-  
solutione.*

## SECTIO POSTERIOR.

**D**e posteriori dubio notandum est, non proponit deo-  
qui non accepta absolutionem culpam suam, ut quia non  
ostendit dolorem de peccatis, aut quia dixit se non posse in  
postero à peccatis abstinerre: nam constat talem non satisfa-  
cere præcepto: quandoquidem est de ratione confessionis à  
Christo præcepit, ut ordinetur ad absolutionem, tanquam  
Sacerdotis sententiam ex spiedam, iuxta antedicta sub in-  
titutum huius capituli. Proponitur ergo dubium de eo tantum,  
qui prout ponit, dignus confessus est: sed ex malitia Sacer-  
dotis, vel ex aliquo casu repente, absolutionem Sacramen-  
talem non accepit. In utramque partem autem plures authores  
citat Suarez in ead. disput. 36. scđ. 7. negantemque tenet; hoc  
est, talem non satisfacere præcepto confessionis, ne quide  
Ecclesiastico: ita ut maneat obligatus ad iterum eo anno  
confitendum. Ratio est quia quamvis Penitentis in eo casu  
possit à peccato transgressionis pro eo tempore excusari:

nihil

nihilominus tamen nō implet recipia praeceptum, quo Christus fideles in peccatum mortale lapios, obligavit ad susceptionem sacramenti P̄c̄nitentiae: cum constet ad illud præter confessionem Sacerdoti factam cum cordis contritione, requiri eiudem Sacerdotis absolutionem. Et per consequens nec implet Ecclesiæ præceptum: quod, ut ex parte dictum est, à diuino diuersum non est quoad substantiam: sed tantum in eo, quod addat, illi temporis determinationem. Et certè, quod non sit datum de confessione secundum se simpliciter: sed de ea, ut ad constitutionem sacramenti P̄c̄nitentiae concordat cum alijs; patet ex eo, quod in ipso cap. Omnis virtusque sexus, cum confessione iniungatur studium implendi p̄c̄nitentiam impositam. Id enim indicat, ibi sermonem esse de confessione super qua absolutione datur, imposita salutari p̄c̄nitentia.

59. Sed pro contraria parte ( quam Azor. in eodem cap. 29. questio. quarta ) ex eodem capitulo obliicitur, quod sumptio Sacramenti Eucharistie in Paschæ ibi praæcepta, differit posse de Confessarij consilio ob rationabilem causam quare poterit & absolvito a peccatis facta confessione. Respondendum est quod sicut consilium Confessarij ( prout verbum diffiri, importat ) pro eo solum tempore excusat a præcepto violationis præcepti de sumpta Eucharistie: non autem liberabit ab omni obligatione illud implendi quamprimum commode poterit; ita nec consilium de differenda absolutione liberabit ab obligatione quamprimum confidendi, ad illam consequendam. Néque adulteratur illud ex cap. Quod quidam. Dicitur. & remiss. quod recipienda sit confessio corum qui publici peccatores sunt & vitam emendare non lunt, licet absoluvi non debeant. Non enim sensus est admittendos esse, quasi faciant confessionem sufficientem ad implendum Ecclesiasticum præceptum; sed ut corripiantur, dirigantur, & moueantur salutaribus consiliis & documentis, ut Deo iuuante illi tandem præparentur ad legitimè contentum.

### CAPUT TERTIVM.

De conditionibus quas Sacramentalis confessio ad suam perfectionem requirit.

S V M M A R I V M.

60. Quæ sunt et conditiones, & quomodo colligantur.

61. Explicatio prime conditionis: ut sit simplex.

62. Superfluitas verborum nō est toleranda in confessione, etiam si hanc non vitiatur.

63. De secunda conditione: ut sit humilis.

64. De tertia, ut sit pura.

65. Non est in confessione mentio facienda alienorum peccatorum: siq; fiat, num illam viciet.

66. De quarta conditione, ut sit fidelis.

67. Quando peccatum mortale committatur, infideliter confitendo peccatum mortale.

68. Falso affirmare vel negare aliquid peccatum veniale in confessione, non est peccatum plusquam veniale.

69. Nisi quis illud solum faceret Sacramenti materiam, nullum alius simul aperies.

70. Idem dicendum de mendacio circa peccatum mortale: de quo iam alia recta facta est confessio, & de iis qua nihil ad confessionem attinet.

71. De quinta conditione, ut sit frequens.

72. De sexta conditione, ut sit nuda.

73. De septima conditione, ut sit discreta.

74. De octaua conditione, ut sit lubens.

75. De nona conditione, ut sit verecunda.

76. Quæ verecunda vitanda in confessione, & quæ debeat huic commisere, ratione cuius vitanda sit familiaritas in Confessarium & Penitentem.

77. De decima conditione confessionis, ut sit integræ.

78. De undecima condit. ut sit secreta.

79. Quæ quidem non impedit quominus interdum possit confessio publicari.

80. Excusat autem à facienda per interpretarem aut per scripturam.

81. Verbi facienda est confessio: cum vero non posset, facienda est nutibus.

82. Et si per scripturam fieri non est necesse, licetum ramen est: sicut est fieri per interpretarem.

83. Non est de se peccatum mortale eum confiteri nutibus aut scripto, qui voce id facere potest.

84. Illicitum est confiteri sine iusta causa, tertio audiente.

85. Peccant mortaliiter Sacerdotes simul audientes multos pueros iam doli capaces.

86. Peccatum est de se mortale plures Sacerdotes simul audire unum, eundemque Penitentem.

87. De duodecima conditione, ut sit Lachrymabilis.

88. De decimatercia conditione, ut sit accelerata.

89. De decimquarta conditione, ut sit fortis.

90. De decimquinta conditione, ut sit accusans: & de decimæ sexta, ut sit parere parata.

**S**imulacrum in verbo. Confessio, & passim alij de sacramento P̄c̄nitentiae tractantes (cum de confessione) tradunt confessionem ipsam sibi vendicare sex decim conditiones, quas inter ceteros satis latè persequitur Nauar. ad cap. Fratres: De penit. dist. 5. expresas his versibus.

Si simplex, humilitate confessio pura, fidelis,  
Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,  
Integra secreta, & lachrymabilis, accelerata,  
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Is vero numerus in supplemento 3. partii D. Thome quest. 9. art. 4 colligitur ad hunc modum. Confessio sacramentalis potest spectari, tum generaliter, ut est actus virtutis; tum specialiter ut est actus virtutis p̄c̄nitentiae; tum specialissime, ut est talis actus p̄c̄nitentiae, nempe manefactus interioris contritionis, cuius signum est exteriorum; tum demum ut est pars Sacramenti penitentiae. Atque ut actus virtutis, debet primò esse discreta, seu prudens. Secundo, lubens, seu voluntaria. Tertiò, pura, seu facta rectâ intentione. Quartò, fortis, seu nulla ex parte impedita per timorem aut verecundiā. Etenim actio virtutis requirit ut prudenter, voluntarie, rectâ intentione & constantiter fiat. Ut autem est actus talis virtutis, nimirum p̄c̄nitentiae: primò, debet esse verecunda: quia penitentia actus sumit initium ab horrore turpitudinis peccati. Secundo, debet esse lachrymabilis: quia idem actus ab horrore procedit ad dolorem de peccato commissio. Tertiò, debet esse humilis: quia idem etiam actus terminatur in ablatione suipspissi. Ut vero est p̄c̄nitentiae manifestatio contritionis, quia talis manefactio impediri potest. Primiò, per falsitatem, debet esse fidelis. Secundiò, per obscuritatem, debet esse nuda. Tertiò, per verborum multitudinem, debet esse simplex. Quartò, per subtrahitionem, debet esse integra. Denique ut est pars Sacramenti & concernit iudicium Sacerdotis, quæ est illius minister, debet primò, esse accusans, per respectum ad confitentem. Secundiò, parere parata, per respectum ad Sacerdotem cui sit ipsa confessio. Tertiò, secreta, per respectum ad conditionem pri p̄c̄nitentialis, in quo de occultis conscientiae agitur. Quod sit frequens, & quod accelerata seu statim post peccatum commissionem facta, non pertinet ad esse, sed tantum ad bene esse confessionis, ut in citat. art. 4. notatur. Nam de una quaque earum sigillatim dicamus.

Prima conditio, simplex.

**S**implex debet esse confessio, id est, taliter facta, ut verbis superflui careat, & ut clare à Confessario intelligantur peccata secundum suam speciem: immo & secundum numerum, & secundum gravitatem malitiae: quam siue ex obiectio, siue ex circumstantiis notabilem habuerint. Vnde conditio haec deest confessori in qua peccata narrantur ita artificiosè, ut à Confessario non ponderentur: vel in generaliter & cōfusè, ut ipse nequeat percipere, sitne mortale an veniale illud de quo sit confessio, ut si quis generaliter dicat, Non recitauit preces horarias cum debita attentione: habuit turpes cogitationes: aut si dicat sub distinctione, appetit vindictam vel deliberatè vel ex primo motu: sensu motu libidinis: vel cum confessu vel sine confessu. Talis enim fact confessionem inuolutam, & quasi plicatam; cum æquè de veniali ac de mortali: immo & de eo quod per indeliberationem nullum peccatum est, ea intelligi possit.

Igitur bene, atque ut par est confessatus ( ex Nauarro ad

cit.